Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Etymologiae

Isidorus <Hispalensis>

[Augsburg], 1472

Liber octavvs de ecclesia et sinagoga [...]

urn:nbn:de:bsz:31-128502

Visual Library

INCIPIT · LIBER · OCTAVVS · DE ECCLESIA · ET · SINAGOGA

ECCLESIA · GRAECVM · EST · QVOD · IN · LATINVM · VERTITVR · CONVOCATIO · PROPter q̃ omnes ad se cõuocet. Catholica vniuersalis · id est secundum totum · non enim sicut conuenticula hereticorum in aliquibus regionum partibus coartatur · sed per totũ terrarũ orbem dilatata diffunditur · quod etiam apostolus approbat ad romanos dicens. Gratias ago deo meo pro omnibus vobis · quia fides vestra annunciatur in vniuerso mundo. Hinc & vniuersitas ab vno cognominata est · ppter q̃ in vnita tem colligitur. Vnde & dominus in euãgelio Qui mecum non colligit spargit. Cur autem ecclesia cũ vna sit a Iohanne · vii · scribuntur · nisi ut vna catholica septiformi plena spiritu designetur · sicut & de domino nouimus dixisse salemonem. Sapientia edificauit sibi domum · & excidit columnas · vii · que tamen · vii · vna esse non ambigit · dicente apostolo. Ecclesia dei viui · que est columna & firmamentum veritatis. Inchoauit autẽ ecclesia a loco vbi venit de caelo spiritus sanctus · & impleuit vno loco sedentes. ¶ Pro peregrinatione autem pñti ecclesia sion dicitur · eo q̃ ab huius peregrinationis longitudine posita promissionem rerum celestium speculetur · & idcirco sion id est speculatio nomen accepit ¶ Pro futura vero patrie pace hierusalem vocatur. Nam hierusalem pacis visio interpretatur. Ibi enĩ absorpta omni aduersitate pacem que xp̃us est presenti obtutu possidebit. ¶ Sinagoga graece latine congregatio dicitur · quod proprium nomen iudeorum populus tenuit. Ipsorũ enim proprie sinagoga dici solet · q̃muis & ecclesia dicta sit. Nostrã vero apostoli nunq̃m sinagogam dixerunt · sed semper ecclesiam · siue discernendi causã · siue q̃ inter congregationem vnde sinagoga & conuocationem vnde ecclesia nomen accepit · distet aliquid · q̃ scilicet congregari & pecora solent · quorum & greges ꝓprie dicimus congregari · conuocari autẽ magis est vtẽtium ratione · sicut sunt homines

Dogma a putando philosophi nominauerunt· id est hoc puto esse bonum·hoc puto esse verum ¶ Religio appellata q̃ per eam vni deo religamus animas nostras ad cultum diuinum vinculo seruiendi. Quod verbum cõpositum est a religendo id est eligendo· ut ita latinum videatur religio sicut eligio. ¶ Tria sunt autem que in religiõis cultu ad colendum deum in hominibus perquiruntur·id est fides·spes·caritas. In fide quid credendum. In spe quid sperandum. In caritate quid sit amandum. ¶ Fides est qua veraciter credimus id quod nequaq̃m videre valemus. Nam credere iã nõ possumus quod videmus. Proprie autem nomen fidei inde est dictum si omnino fiat quod dictum est aut ꝓmissum. Et inde fides vocata·ab eo q̃ fit illud quod inter vtrosq; placitũ est· quasi inter deum & hominem. Hinc & fedus ¶ Spes vocata·q̃ sit pes progrediendi·quasi est pes. Vnde econtrario desperatio·deest enim ibi pes·nullaq; progrediendi facultas est·quia dum quisq; peccatum amat·futuram gloriam non sperat ¶ Caritas graece latine dilectio interpretatur·q̃ duos in se illiget. Nam dilectio a duobus incipit·quod ẽ amor dei & proximi·de qua apostolus. Plenitudo inquit legis dilectio·maior est autem hec omnibus· q̃ a qui diligit & credit·& sperat·qui autẽ non diligit q̃muis multa bona faciat frustra laborat. Omnis dilectio carnalis nõ dilectio sed magis amor dici solet. Dilectionis autem nomen tãtum in melioribus rebus accipi solet

De. Heresi &. Scismate ¶ Ca·iii

Heresis grece ab electione vocatur· q̃ scilicet vnusq; sq; id sibi eligat quod melius sibi esse videtur·ut philosophi paripotetici·achademici·epicurei·et stoici. Vel sicut alii qui peruersum dogma cogitãtes· arbitrio suo de ecclesia recesserunt. Inde ergo heresis dicta graeca voce ex interpretatiõe electionis qua quisq; arbitrio suo ad instituenda siue ad suscipienda que libet ipse sibi eligit. Nobis vero nichil nostro ex arbitrio inducere licet· sed nec eligere· quod aliqui de arbitrio suo induxerint. Apostolos autem dei habemus auctores· qui ne ipi quicq̃m ex suo arbitrio quod inducerent elegerunt·sed acceptã a xpo disciplinam fideliter nationibus assignauerunt. Itaq; & si etiam angelus de caelis aliter euangelisauerit anathema vocabit ¶ Secta a sequendo & tenẽdo nominata. Nam sectas dicimus

habitus animorum ac institutu circa disciplinam vel propositú quod tenendo sequuntur· longe alia in religionis cultu oppinátes q̃m ceteri. ¶ Scisma ab scissura animorum nomen accepit· eodem enim cultu eodemq; ritu credit ut ceteri· solo ꝯgregacóis delectatur discidio. Fit autem scisma cum dicút homines· nos iusti sumus· nos sanctificamus immundos·& cetera similia. ¶ Supersticio dicta· eo q; sit superflua·aut superstatuta obseruatio. Alii dicunt a senibus· qui a multis annis superstites per etatem delirant & errant supersticione quadam nescientes·que vetera colunt·aut que veterum ignari asciscant. Lucrecius autē supersticionem dicit superstantium rerum id est caelestium & diuinorum que super nos stant· sed male dicit. Hereticorú autē dogmata ut facile possint agnosci·causas eorum vel nomina demonstrare oportuit ¶ De. Heresibus iudeorum ¶ Ca·iiii

Vdei confessores interpretantur·multos enim ex his sequit̃ confessio·quos antea perfidia possidebat ¶ Hebrei transitores dicútur·quo nomine admonētur·ut de peioribus ad meliora transeant·& pristinos errores relinquant. ¶ Pharisei et saducei inter se contrarii sunt. Nam pharisei ex hebreo in latinum interpretátur diuisi· eo q; traditionum & obseruationum quas illi deuterosis vocant iusticiam preferunt. Vnde & diuisi vocantur a populo·quasi per iusticiam ¶ Saducei interpretantur iusti·vendicant enim sibi quod non sunt·corporis resurrectionem negant· & animam interire cum corpore predicant·Hi quinq; tantú libros legis recipiunt·prophetarum vaticinia respuunt. ¶ Esnei dicunt ipm esse xpm· qui docuit illos omnem abstinentiam· ¶ Marbonei dicunt ipm esse xpm qui docuit illos in omni re sabbatizare ¶ Genistei dicti·eo q; de genere abrahe eē se glorient Nam cum in babiloniam venisset populus dei·pleriq; relinquētes vxores suas babilonicis mulieribus adheserunt· quidam autem israheliticis tantum coniugiis cótenti vel ex eis geniti dum reuersi essent de babilonia diuiserunt se ab omni populo·& assumpserunt sibi hoc nomen iactantie ¶ Miristei appellati·eo q; separant scripturas·non credentes omnibus prophetis· dicentes aliis & aliis spiritibus illos prophetasse. Meris enim graece latine pars dicitur ¶ Samarite dicti· q; legem solam custodiát. Ná prophetas non recipiút. ¶ Imerobaptiste·eo q; quottidie vestiméta sua & corpora lauēt ¶ De. Heresibus xpianorú ¶ Ca·v

Vidam etiam heretici qui de ecclesia recesserũt ex nomine auctorum suorum nuncupantur. Quidam vero ex causis quas eligẽtes instituerunt. ¶ Simoniani dicti a simone magice discipline perito· cui petrus in actibus apostolorum maledixit· pro eo q̃ ab apostolis spiritus sancti gratiam pecunia emere voluisset. Hi dicunt creaturam nõ a deo sed a virtute quadam superna creatam ¶ Menandriani a menãdro mago discipulo simonis nuncupati· qui mũdum nõ a deo sed ab angelis factum esse asseruit ¶ Basilidiani a basilide appellati· qui inter reliquas blasphemias passum ihesum abnegauit. ¶ Nicolaite dicti a nicolao diacono ecclesie hierosolimorum·q̃ cũ stephano & ceteris constitutus est a petro q̃ propter pulcritudinem relinquẽs vxorem dixerat·ut qui vellet ea vteretur· versa est in stuprum talis consuetudo· ut inuicem coniugia cõmutarentur·quos. Iohannes in apocalipsi improbat dicens. Sed hoc habes quia odisti facta nicolaitarum ¶ Gnostici propter excellentiam scientie sẽ ita appellare voluerunt. Animam naturã dei esse dicunt·bonum & malum deum suis dogmatibus fingunt ¶ Carpocraciani a carpocrate quodam vocãtur·qui dixit xp̃m hominem fuisse tantum·& de vtroq̃ sexu progenitum ¶ Cherintiani a cherinto quodam nuncupati. Hi inter cetera circumcisionem obseruant·mille annos post resurrectionem in voluptate carnis futuros predicant. Vnde et graece ciliaste latine miliciaste sunt appellati ¶ Nazareni dicti·qui dum xp̃m qui a vico nazarenus est appellatus filium dei confiteantur· omnia tamen veteris legis custodiunt ¶ Ofite a colubro nominati sunt·coluber enim ofi dicitur. Colunt enim serpentem·dicentes ipsum in paradisum induxisse virtutis cognitionem ¶ Valentiniani a valentino quodam platonico sectatore vocati· qui eonas id est secula quedam in originem dei creatoris induxit· xp̃m quoq̃ de virgie nichil corporis assumpsisse· sed per eã quasi per fistulam transisse asseruit. ¶ Appellite quorum appelles princeps fuit·q̃ creatorem angelum nescio quem gloriosum superioris dei faciens deum legis israhel illum igneũ affirmat ¶ Appellete quoq̃ auctor appelles·qui dixit xp̃m non deum in veritate·sed hominem in fantasia apparuisse ¶ Arconciani a principibus appellãtur·qui vniuersitatem quam deus condidit opera esse archangelorum defendunt. ¶ Adamiani vocati q̃ ade imitentur nuditatẽ

Vnde & nudi orant·& nudi inter se mares femineq; cõueniunt
¶ Cainiani proinde sic appellati·quõ cain adorant ¶ Sethiani
nomen acceperunt a filio adam·q vocatus est seth·dicentes eun
dem esse xpm. ¶ Melchisedechiani vocati ,p eo q melchisedech
sacerdote m dei non hominem fuisse· sed virtutem dei esse arbi/
trantur. ¶ Angelici vocati·quia angelos colunt. ¶ Apostolici
hoc sibi nomen ideo presumpserunt· q nichil possidentes pro/
prium·nequaqm recipiũt eos qui aliquid in hoc mundo vtunt
¶ Cerdoniani a cerdone quodam nominati·qui duo contraria
principia asserũt. ¶ Marcioniste a marcione stoico philosopho
appellati· qui cerdonis dogma secutus· alterum bonũ·alterum
iustum deum asseruit·tanqm duo principia creatoris & boni/
tatis. ¶ Arcoterite ab oblatione vocati·panem enim & caseum
offerunt·dicentes·primis hominibus oblationẽ a fructibus ter/
re & a fructibus ouium fuisse celebratam ¶ Aquarii appellati·
eo q aquam solam offerunt in calice sacramenti. ¶ Seueriani a
seuero exorti·vinum non bibunt· vetus testamentum & resur/
rectionem non recipiunt. ¶ Taciani a taciano quodam vocati·
qui & encratice dicti·quia carnes abhominantur ¶ Alogii vo/
cantur·tanqm sine verbo·logos enim graece verbum dicit· deũ
enim verbum non credunt·respuentes. Iohannis euangelium et
apocalipsin. ¶ Catafrigis nomen prouincie catafrigia dedit·q a
ibi extiterunt auctores eorum· montanus·prisca·& maximilla.
Nã aduentum sancti spiritus non in apostolis sed in se traditũ
asserunt. ¶ Cataroe propter mundiciam ita se nominauerunt·
gloriantes enim de suis meritis negant penitentibus veniã pec/
catorum·viduas si nupserint tanqm adulteras damnãt·mundi/
ores se ceteris predicant·qui nomen suum si cognoscere vellent·
mundanos se potius qm mundos vocarent ¶ Pauliani a paulo
samosateno exorti sunt· qui dixit non semper fuisse xpm· sed a
maria sumpsisse initium ¶ Ermogeniani ab ermogene quodã
vocati qui materiam non natam introducens· deo non nato eã
comparauit·matremq; elementorum ideam asseruit· quos apo/
stolus improbat elementis seruientes. ¶ Manichei a quodam
persa extiterũt·qui vocatus est manes. Hic duas naturas et sub/
stantias introduxit· id est bonam & malam· & animas ex deo
quasi ex aliquo fonte manare asseruit·testamentum vetus respu
unt·nouum ex parte recipiũt. ¶ Canoniani id est q latine sine

lege dicuntur ¶ Antropomorphite dicti·pro eo q̃ simplicitate
rustica deũ habere humana membra que in diuinis libris scrip
ta sunt arbitrantur. Antropos enim graece latine homo interp/
tur·ignorantes vocem domini qui ait. Spiritus est deus. Incor
poreus est enim nec membris distinguitur· nec corporis mole/
censetur. ¶ Eraclite ab eraclio auctore exorti·monachos tãtum
recipiunt· coniugia respuunt· regna caelorum paruulos habere
non credunt ¶ Nouatiani a nouato romane vrbis presbitero ex
orti· qui aduersus cornelium cathedram pontificalem conatus
inuadere·heresim instituit·nolens apostatas suscipere· & rebap/
tisans baptisatos. ¶ Montani heretici dicti·q̃ tempore persecu/
tionis in montibus latuerũt·qua occasione se a catholice ecclesie
corpore diuiserunt ¶ Ebionite ab ebione dicti·siue a paupertate
xp̃m enim per prophetam solum verum iustum putãt effectũ·
Vnde competenter ebionite pro paupertate intelligentiae com/
pellati sunt. Hi seminudei sunt·& ita tenent euangelium ut legẽ
carnaliter seruent· aduersus quos ad galathas apostolus scribẽs
inuenitur ¶ Fotiniani a fotinio gallo graecie firmie epo nũcu/
pati·qui ebionitarum heresim suscitans·asseruit xp̃m a maria p
ioseph nuptiali coitu fuisse conceptum ¶ Aeriani ab aerio quo
dam nũcupati sunt. Hi offerre sacrificium p̃ defunctis spernũt
¶ Aethiani ab ethio sunt vocati. Idéq; eunomiani ab eunomio
quodam dialectico aethii discipulo·ex cuius nomine magis in/
notuerunt· dissimilem patri asserentes filium· & filio spiritum
sanctum. Dicunt etiam nullum imputare peccatum in fide ma
nentium ¶ Origeniani ab origene auctore exorti sunt dicẽtes·q̃
non possit filius videre patrẽ·nec spiritus sanctus filiũ. Animas
quoq; mundi in principio dicunt peccasse· & pro diuersitate pec
catorum e celis vsq; ad terras diuersa corpora quasi vincula me/
ruisse·eaq; causa factum fuisse mundum ¶ Noetani a quodam
noeto vocati·qui dicebat xp̃m eundem esse & patrem et spiritũ
sanctum· ipamq; trinitatem in officiorum nominibus non in
personis accipiunt. Vnde & patripassiani vocantur·q̃a patrem
passum dicũt. ¶ Sabelliani ab eodem noetho pullulasse dicunt
cuius discipulum perhibent fuisse sabellium· ex cuius nomine
maxime innotuerunt. Vnde & sabelliani vocati sunt. Hi vnam
personam patris & filii & spiritus sancti astruunt. ¶ Arriani
ab arrio alexãdrino presbitero exorti sunt·q̃ coeternũ patri filiũ

non agnoscens·diuersas in trinitate substantias asseruit· contra illud quod ait dominus. Ego & pater vnum sumus. ¶ Macedoniani a macedonio constantinopolitano ep̃o dicti sunt·negátes deum esse spiritũ sanctum ¶ Appollinariste ab appollinare vocati sunt·dicentes xp̃m corpus tantũmodo sine aia suscepisse. ¶ Antidicomarite appellati sunt·pro eo q̃ marie virginitati cõtradicunt· asserentes eam post xp̃m natum viro suo cõmixtam. ¶ Metangis nominati·ideo tale nomen acceperũt·quia angios graece vas dicitur· asserunt enim sic esse in patre filium tanq̃m vas minus intra vas maius ¶ Patriciani a quodam patricio nũcupati sunt·qui substantiam humane carnis a diabolo conditã dicunt. ¶ Coluitiani a quodam coluito nominati·qui dicunt deum non facere malum· contra illud quod scriptum est. Ego dominus creans mala ¶ Floriani a florino qui ecõtrario dicut deum creasse mala· contra illud quod scriptum est. Fecit deus omnia bona. ¶ Donatiste a donato quodam afro nuncupati· qui de numidia veniens· totam pene affricam sua persuasione decepit·asserens minorem patre filium·& minorem filio spiritũ sanctum·& rebaptisans catholicos ¶ Bonosiani a bonosio quodam ep̃o exorti produntur· qui xp̃m filium dei adoptiuũ non propriũ asserunt. ¶ Circelliones dicti·eo q̃ agrestes sunt·quos cotopitas vocant·supradicte heresis habẽtes doctrinã. Hi amore martirii semetipos perimũt·ut violenter de hac vita discedentes martires nominentur. ¶ Priscillianiste a priscilliano vocati· qui in hispania ex errore gnosticorũ & manicheorũ permixtũ dogma composuit. ¶ Luciferiani a lucifero sirmie ep̃o orti qui episcopos catholicos·qui constancii persecutione perfidie arrianorum consentientes erant·et postea correcti redire in catholicã delegerunt damnantes·siue quod crediderant· siue quod credidisse simulauerant·quos ecclesia catholica materno recepit sinu· tanq̃m petrum post fletum negationis Hanc illi matris caritatem superbe accipientes eosq̃ recipere nolentes a communione ecclesie recesserunt·& cum ip̃o lucifero auctore suo q̃ mane oriebatur cadere meruerunt. ¶ Iouinianiste a iouiniano quodam monacho dicti·asserentes nullam nuptiarum & virginum esse distantiam·nullumq̃ inter abstinentes & simpliciter epulantes· esse discrimen ¶ Eluidiani ab eluidio nominati·qui dicũt post natũ xp̃m alios mariã filios de viro ioseph pepisse. ¶ Patriani

a paterno quodã exorti qui inferiores corporis partes a diabolo factas oppinantur. ¶ Arabici nuncupati·eo q̃ in arabia exorti sunt·dicentes animã cũ corpore mori·atq; in nouissimo vt rũq; resurgere ¶ Tertullianiste dicti a tertulliano prespitero affricane prouinciae ciuitatis carthaginensis· qui & inter ceteras heresis animam immortalem esse sed corpoream predicantes· & anias hominum peccatorum post mortem in demones verti putan/tes ¶ Tessereśdecadice dicti·q̃·xiiii·luna pascha cum iudeis ob/seruandum contendunt. Nam tesseres quatuor·deca decem sig/nificat ¶ Victages a somno nuncupati·q̃ vigilias noctis respu ant·superstitionem esse dicẽtes iura temerare diuina· q̃ noctem ad requiem tribuit ¶ Pelagiani a pelagio monacho exorti. Hi liberum arbitrium diuine gratie anteponunt· dicentes sufficere voluntatem ad implenda iussa diuina. ¶ Nestoriani a nestorio constantinopolitano ẽpo nũcupati· q̃ beatam virginem mariã non dei sed homis tantũmodo asseruit genitricem·ut aliã perso nam carnis·aliam faceret deitatis· nec vnũ xp̃m in verbo dei & carne credidit· sed separatim atq; seiunctim alterum filium dei· alterum homis predicauit ¶ Euticiani dicti·ab euticio constã/tinopolitano abbate· qui xp̃m post humanam assumptionem negauit existere de duabus naturis·sed solam in eo asseruit diui nam naturam esse. ¶ Acephali dicti id est sine capite·quẽ secũ/tur heretici. Nullus enim eorum reperitur auctor a quo exorti sint. Hi trium calcedonensium capitulorum impugnatores du/arum in xp̃o substantiarũ proprietatẽ negãt·& vnã in eius per/sona naturam predicant. ¶ Theodosiani & gaianite appellati a theodosio & gaiano·qui tẽporibus iustiniani principis in alex/andria populi peruersi electione vno die sunt ordinati episcopi· Hi errores euticetis & dioscori sequentes calcedonense conciliũ respuũt·ex duabus vnam in xp̃o naturam asserũt· quam theo/dosiani corruptam·gaianite incorruptam cõtendunt. ¶ Gnoite et tritogite a theodosianis exorti sunt. Ex q̃bus gnoite ob igno rãtiam dicti· quia peruersitati a qua exorti sunt id adiciũt· q̃ xp̃i diuinitas ignoret futura·que sunt scripta de die & hora no/uissima non recordantes xp̃i personam in esaia loquentis. Dies iudicii in corde meo ¶ Tritoite vero vocati·q̃ sicut tres personas in trinitate·ita quoq; tres astruũt deos eẽ·cõtra illud quod scrip tum est. Audi israhel·dominus deus tuus deus vnus ẽ. ¶ Sunt

& alie hereses sine auctore & sine nominibus. Ex quibus alie triformem putantes deum esse. Alie xpi diuinitatem passibilem dicũt. Alie xpi de patre natiuitati initium temporis dant. Alie liberatiõem hominum apud inferos factam xpi descensionem non credunt. Alie animã imaginem dei negant. Alie animas conuerti in demones & in quecunq; animalia existimant. Alie de mundi statu dissentiunt. Alie innumerabiles mundos oppinantur. Alie aquam deo coeternam faciũt. Alie nudis pedibus ambulant. Alie cum hominibus non manducant ¶ Hie sunt hereses aduersus catholicã fidẽ exorte· & ab apostolis & a sanctis patribus & concilius predamnate· que dum in se multis erroribus diuise· inuicem sibi dissentiunt·cõmuni tamen nomine aduersus ecclesiam dei conspirant. Sed & quicunq; aliter scripturã sanctam intelligit·q̃m sensus spiritus sancti flagitat·a quo conscripta est·licet de ecclesia nõ recesserit·tamen hereticus appellari potest

¶ De. Philosophis gentium ¶ Ca·vi

Philosophi graeca appellatione vocantur·qui latine amatores sapientie interpretantur. Est enim philosophus qui diuinarum & humanarum rerũ scientiam habet·& omnem bene viuendi tramitem habet. ¶ Nomen philosophorum primum a pitagora ferunt exortũ. Nam dum antea graeci veteres sophistas id est sapientes aut doctores sapiẽtie semetipsos iactantius nominarent· iste interrogatus quid profiteretur·verecundo nomine philosophum id est amatorem sapientie se esse respondit·quoniam sapientem profiteri arrogantissimum videbatur. Ita deinceps posteris placuit·ut quãtalibet de rebus ad sapientiam pertinentibus doctrina quisq; vel sibi vel aliis videretur excellere·non nisi philosophus vocaretur ¶ Idem autẽ philosophi triplici genere diuidunt. Nam aut phisici sunt· aut ethici·aut logici ¶ Phisici dicti qui de naturis tractant. Natura quippe phisis graece vocatur ¶ Ethici q̃a de moribus disputant·mos enim apud graecos ethis appellatur ¶ Logici autẽ quia in naturis & moribus rationem adiungunt. Ratio enim graece logos dicitur ¶ Diuisi sunt autem & hi in heresibus suis habentes quidem nomina ex autoribus· ut platonici· epicurei· pitagorici. Alii a locis conuenticulorum & stationum suarum· ut paripatetici·stoici·achademici ¶ Platonici a platone philosopho dicti. Hi enim animarum creatorem esse deum·corporum

angelos asserunt· & post multos annorum circulos in diuersa corpora redire animas dicunt Stoici a loco dicti·porticus enim fuit athenis quam appellabant· in qua picta erat gesta sapientium atq; virorum fortium historie. In hac porticu sapientes philosophabantur· ex qua & stoici dicti sunt. Graece enim porticus stoa dicitur. Hanc sectam primus zeno instituit Hi negat sine virtute effici quemquam beatum. Omne peccatum vniforme esse asserunt·dicentes sic ille nocens erit·qui paleas furatus fuerit·q̃m qui aurum·qui mergum occiderit·q̃m q equum non enim animal crimen·sed animus facit. Hi etiam animam cum corpore perire dicunt. Animam quoq; virtutem continetie esse negant·affectant gloriam eternam· cum se fateant non esse eternos. Achademici appellati de villa platonis achademia athenarum·vbi idem plato docebat. Hi omnia incerta oppinantur· sed sicut fatendum est multa incerta & occulta esse q̃ voluit deus excedere hominis intelligetiam·sic tam plurima esse que possint & sensus penetratione comprehendi. Hanc sectam archesilaus cirniaicus philosophus reperit·cuius sectator fuit democritus· qui dixit tanq̃m in puteo alto·ita ut fundus nullus sit·ita in occulto iacere veritatem Paripatetici a deambulatione dicti·eo q̃ Arestoteles auctor eorum deambulans disputare solitus esset. Hi dicunt quandam particulam anime esse eternam· de reliquo magna ex parte mortalem Cinici ab immundicia impudicicie nuncupati. Contra humanam enim verecundiam in propatulo coire cum coniugibus ei mos erat·censentes licitum & honestum esse palam cum vxoribus concumbere· quia coniugium iustum e publice id predicantes agendum esse· ut canes in uicis vel plateis· Vnde & a canibus quorum vitam imitabantur etiam vocabulum nomenq; traxerunt. Epicurei dicti ab epicuro quodam philosopho amatore vanitatis non sapientiae· quem etiam ipsi philosophi porcum nominauerunt·quasi volutans in ceno carnali· voluptatem carnis summum bonum asserens· qui etiam dixit nulla ,puidentia diuina instructum esse aut regi mundum sed originem rerum athomis id est insecabilibus ac solidis corporibus assignauit· quorum fortuitis concursionibus vniuersa nascantur·& nata sint. Asseruit autem deum nichil agere· omia constare corporibus·animam nichil aliud esse q̃m corpus. Vnde & dixit non ero postea q̃m mortuus fuero. Gimnosophiste

nudi per opacas indie solitudines perhibentur philosophari·ad
hibentes tãtum genitalibus tegmina. Gimno enim ex eo dictu
est q̃ iuuenes nudi exercẽtur in campo·vbi pudenda sola tantũ
operiunt. Hi & a generando se cohibent. ¶ Theologi aũt idem
sunt qui et phisici Dicti autem theologi·quoniã in scriptis suis
de deo dixerunt· quorum varia constat oppinio· quid deus eẽt
dum quererent. Quidam enim corporeo sensu hunc mundum
visibilem ex quatuor elementis deum esse dixerũt· ut dionisius
stoicus. Alii vero specialiter intellexerunt mentem esse deum·ut
tales milesius. Quidam animum in omnibus commanentẽ &
lucidum·ut pitagoras. Quidam deum sine tempore incommu/
tabilem·ut plato. Quidam mentem solutam·ut cicero. Quidam
& mentem et spiritum·ut varro. Inuentum enim solummodo
deum non ut inuenerunt exposuerunt· quia euanuerunt in co/
gitationibus suis·dicentes enim se esse sapientes·stulti facti sunt
Item. Platonici quidem deum curatorem & arbitrem & iudicẽ
asserunt. Epicurei ociosum & inexercitatum. De mundo autẽ
Platonici affirmãt incorporalem. Stoici corporalem. Epicurus
athomis. Pitagoras ex numeris. Eraclitus ex igne. Vnde & var
ro ignem mũdi animum dicit· proinde q̃ in mundo ignis oia
gubernet·sicut animus in nobis. Quamuanissime qui cum est
inquit in nobis ipi sumus· cum exit emorimur. Ergo & ignis
cum de mundo per fulgura proficiscitur·mundus emoritur. Hi
philosophorum errores etiam & apud ecclesiam induxerunt he
reses. Inde eonas et forme nescio que inde apud arrium trinitas
nomis· & apud valentinum platonicus furor. Inde marcionis
deus melior de tranquillitate· ab stoicis enim venerat· & ut aia
interire dicatur epicurus obseruatur·et ut carnis resurrectio ne/
getur de vana omnium philosophorum scola sumitur· & vbi
materia cum deo equatur·zenonis disciplina est· & vbi quid de
igneo deo legitur eraclitus interuenit. Eadem materia apud he/
reticos & philosophos volutatur· id est retractatus implicatur.

¶ De. Poetis ¶ Ca·vii

Poete vnde sint dicti· sic ait tranquillus. Cum primũ
homines exuta feritate rationẽ vitae habere cepissent·
seq̃ ac deos suos nosse·cultum modicum·ac sermonẽ
necessarium commentis sibi vtrisq̃ magnificentiã ad religionẽ
deorũ suoꝝ excogitauerũt. Igit ut tẽpla illis domibus pulcriora

& simulachra corporibus ampliora faciebāt· ita eloquio &iam quasi angustiore honorandos putauerunt· laudesq; eorum & verbis illustrioribus & iucundioribus numeris extulerunt. Id genus quia forma quadam efficitur que poetes dicitur·poema vocitatu est·eiusq; fictores poete. ¶ Vates a vi metis appellatos varro auctor est. Vel a vebendis carminibus id est flectendis· hoc est modulandis·& proinde poete·latine vates· olim et scripta eorum vaticinia dicebantur· q; vi quadam & quasi vesania in scribendo cōmouerentur. Vel q; modis verba connecterent. Antiquis viere pro vincere ponentibus &iam per furorē ¶ Diuini eodem erant nomine·qa & ipi quoq; pleraq; versibus effe rebāt ¶ Lirici poete dicti a potulirin·id est a varietate carminū Vnde et lira dicta ¶ Tragedi dicti·q; initio canentibus premiū erat hircus·quem greci tragos vocant. Vnde & oracius. Carmine qui tragico vilem certauit ob hircum. Iam dehinc sequentes tragici multū honorē adepti sunt excellentes in argumentis fabularū ad veritatis imaginē fictis ¶ Comedi appellati sunt siue a loco·quia circū pagos agebant·quos graeci comas vocāt· siue a consumatione·solebant enim post cibum homines ad eos audiendos venire. Sed comici priuatorū hominū predicant acta. Tragici vero respublicas & regū historias. Item tragicorū argumenta ex rebus luctuosis sunt. Comicorū ex rebus letis. Duo sunt autē genera comicorū·id est veteres & noui. Veteres q & ioco ridiculares extiterunt·ut plautus·actius·terentius. Noui q & satirici a quibus generaliter vicia carpūtur·ut flaccus·persius iuuenalis vel alii. Nu enim vniuersorū delicta corripiūt·nec vetabatur eis pessimū quēq; describere·nec cuiuslibet peccata moresq; reprehendere. Vnde et nudi pinguntur·eo q; per eos vicia singula denudentur. ¶ Satirici autem dicti siue q; pleni sint oī facūdia·siue a saturitate & copia. De pluribus enim simul rebus loquuntur·siue ab illa lance que diuersis frugū vel pomorū generibus ad templa gentilium solebat deferri· aut a satiris nomē tractū·qui multa habent ea que per vinolentiā dicuntur. Quidam autem poete theologi dicti sunt· quoniā de dis carmina faciebant. ¶ Officium autem poete in eo est·ut ea que vera gesta sunt·in alias species obliquis figurationibus cum decore aliquo conuersa transducat. Vnde & lucanus ideo in numero poetarū non ponitur· quia videtur historias composuisse non poema.

Apud poetas autem tres caracteres esse dicendi. Vnum in quo tãtum poeta loquitur·ut est in libris virgilii georgicorũ. Aliud dragmaticum in quo nusq̃m poeta loquit̃· ut est in cõmediis & tragediis. Tercium cenon mixtum·ut est in eneide. Nam poeta illic & introducte persone loquuntur.

De. Sibillis Ca·viii

Sibille generaliter dicũtur omnes femine vates lingua graeca. Nam sios eolico sermone deus belen greci mẽtem nuncupant· quasi dei mentem. Proinde igit̃ qa diuinam voluntatem hominibus interpretari solebãt sibille nominate sunt. Sicut enim omnis vir prophetans vel vates dicit̃ vel propheta·ita omnis foemina prophetans sibilla vocat̃·quod nomen ex officio non ex proprietate vocabuli est. Decem aũt sibille a doctissimis auctoribus fuisse traduntur. Quarũ prima de persis fuit. Secũda libica. Tercia delphica·in templo delphici apollinis genita·que ante troiana boella vaticinata ẽ·cuius plurimos versus opi suo homerus inseruit. Quarta cimeria in italia. Quinta eritrea nomine erophila in babilone orta·que grecis ilium petentibus vaticinata est perituram esse troiam·& homerum mendacia scripturum. Dicta autem eritrea·quia in eadem insula eius inuenta sunt carmina. Sexta samia que phemonoe dicta est·a samo insula vnde fuit cognominata. Septia cumana nomine emalthea·que nouem libros attulit tarquinio prisco· in quibus erant decreta romana conscripta. Ipsa est & cimea·de q̃ virgilius. Vltima cimei venit iam carminis aetas. Dicta autem cumana a ciuitate cumas· que est in campania· cuius sepulcrũ in sicilia adhuc manet. Octaua hellespõtica·in agro troiano nata·quae scribitur solonis & cii fuisse temporibus. Nona frigia·quae vaticinata est ancire. Decima tiburtim· nomine albunea. Quarum omnium carmina efferuntur· in quibus de deo & de xpo & de gentibus multa scripsisse manifestissime cõprobant̃. Celebrior autem inter ceteras ac nobilior eritrea perhibetur.

De. Magis Ca·viii

Magorum primus. Zoroastres rex bactrianorũ· quem Ninus rex assiriorum prelio interfecit·de quo aresto/teles scribit· q̃ vicies centum milia versuum ab ipso condita indicis voluminũ declarẽtur. Hanc artem multa post secula democritus ampliauit·quando & ypocrates medicinae

disciplina effloruit. Apud assirios autem magice artes copiose
sunt testante lucano. Quis noscere fibra facta queat. Quis ,pdat
aues· quis fulgura caeli. Seruet & assiria scrutetur sidera cura?
Itaq; haec vanitas magicarum artium ex traditione angelorum
malorum in toto terrarum orbe plurimis seculis inualuit. Per
quandam scientiam futurorum & infernorum & inuocatiões
eorum inuenta sunt aruspicia·augurationes·& ipa que dicũtur
oracula·& nigromantia. Nec mirum de magorum prestigiis·
quorum in tantum prodiere maleficiorum artes· ut etiã moysi
similimis signis resisterent·vertentes virgas in dracones· aquas
in sanguinem ¶ Fertur et quedam maga famosissima circe·que
socios vlixis mutauit in bestias ¶ Legitur et de sacrificio quod
archades deo suo liceo immolabat· ex quo quicũq; sumerent·in
bestiarum formas conuertebantur. Hinc apparet non esse in to
tum dubium quod nobilis ille poeta scripsit de quadam femia
quae magicis artibus excellebat. Haec inquit se carminibus ,p/
mittit soluere mentes. Quas velit ast aliis duras emittere curas.
Sistere aquam fluuiis·& vertere sidera retro. Nocturnosq; sciet
manes mugire videbis. Sub pedibus terram·& descendere mõ/
tibus hornos. Quid plura? sic credere fas est de phitonissa·ut ,p/
phete samuelis animam de inferni abditis reuocaret·& viuorũ
presentaret conspectibus·si tamen animam prophete fuisse creda
mus· & nõ aliquam fantasmaticam illusionem sathane fallacia
factam. Prudentius quoq; de mercurio sic ait. Traditũ extinctas
sumpto moderamine virge. In lucem reuocasse animas·ast alios
damnasse neci. Et post paululum adiecit. Murmure nã magico
tenues excire figuras. Atq; sepulchrales scite incantare fauillas.
Vita itidem spoliare alios ars noxia nouit ¶ Magi sunt q vul/
go malefici ob facinorum magnitudinem nuncupantur. Hi &
elementa concutiũt· turbant mentes hominum·ac sine vllo ve/
neni haustu violentia tantum carminis interimunt. Vnde et lu
canus. Mens hausti nulla sanie polluta veneni incantata perit.
Demonibus enim accitis audent ventilare. Vt quisq; suos peri/
mat malis artibus inimicos. Hi etiam sanguine vtunt̃ & victi/
mis·et sepe contingunt corpora mortuiorũ ¶ Nigromantii sunt
quorum precantationibus videntur resuscitati mortui diuinare
& ad interrogata respondere. Nicro enim graece mortuus·man/
tia diuinatio nũcupatur· ad quos sciscitãdos cadaueris sanguis

adiicitur. Nam amare demones sanguinē dicunt· ideoq; quotiēs
nigromantia fit· cruor aqua miscet· ut colore sanguinis facilius
prouocentur ¶ Ydrgmantii ab aqua dicti· est enim ydromācia
in aque inspectiōe· vmbras demonum euocare· & imagines vel
ludificationes eorum videre· ibiq; aliqua ab eis audire. Vbi adhi
bito sanguine etiam inferos perhibentur scisciti. Quod genus
diuinationis a persis dicitur allatum ¶ Varro dicit diuinatiōis
quatuor esse genera· terram· aquam· aerem· & ignem. Hinc geo
mantiam· ydromantiam· eromantiam· piromātiam dictam cō/
stat. ¶ Diuini dicti quasi deo pleni· diuinitate enim se plenos
assimulant· & astucia quadam fraudulenta hominibus futura
coniectant ¶ Duo sunt autem genera diuinationis· ars· et furor
¶ Incantatores dicti sunt qui artem verbis peragunt. ¶ Arioli
vocati· propter q; circa aras idolorum nefarias praeces emittunt
et funesta sacrificia offerunt. Hisq; celebritatibus demonum re/
sponsa accipiunt ¶ Aruspices nuncupati· quasi horaꝝ inspecto/
res. Dies enī & horas in agendis negociis operibusq; custodiūt
& quid per singula tempora obseruare debeat homo intēdunt·
Hi & iam exta pecudum inspiciunt· & ex his futura predicunt.
¶ Augures vero sunt qui volatus auium & voces intendunt·
aliaq; signa rerum vel obseruationes improuisas hominibus oc
currentes. Idem & auspices. Nam auspicia sunt· quae iter facien/
tes obseruant. Dicta sunt autem auspicia· quasi auium aspicia.
Et auguria quasi auium garria· hoc est auium voces et linguas
Item augurium quasi auigeriū· quod aues gerunt ¶ Duo sunt
autem genera auspiciorū. Vnum ad oculos. Alterum ad aures
pertinēs. Ad oculos scilicet volatus Ad aures· vox auiū ¶ Phi/
tonisse a phitio appolline dicte· q; his auctor fuerit diuinandi.
¶ Astrologi dicti· co q; in astris auguriantur ¶ Genediaci ap/
pellati· propter natalium considerationem dierum. Geneses enī
hominum per duodecim caeli signa describunt· siderūq; cursū
nascentium· mores· actus· & euentus predicare conantur· id est
quis quali signo fuerit natus· aut quem effectum habeat vite q;
nascitur. Hi sunt qui vulgo mathematici vocantur· cuius sup/
sticionis genus constellationes latini vocant· id est notationes
siderum· quomodo se habeat cum quisq; nascitur. Primū autē
idem stellarū interpretes magi nūcupabantur· sicut de his legitur
qui in euangelio natum xp̄m annunciauerūt· postea hoc noie

ſoli mathematici. Cuius artis ſcientia vſq; ad euangelium fuit
conceſſa·ut xpo edito nemo exinde natiuitatem alicuius de celo
interpretaretur ¶ Horoſcopi dicti·q; horas natiuitatis hominũ
ſpeculantur·diſſimili & diuerſo fatu. ¶ Sortilogi ſunt qui ſub
nomine ficte religiõis per quaſdam quas ſanctorum ſortes vo/
cant diuinationis ſcientiam profitentur· aut quarumcũq; ſcrip/
turarum inſpectione futura ,pmittũt ¶ Saliſatores vocati ſunt
quia dum eis membrorũ quecunq; partes ſalierint·aliquid ſibi
exinde proſperum ſeu triſte ſignificare predicunt. Ad hec omia
pertinent & ligature execrabilium remediorũ· que ars medicoꝝ
condemnat·ſiue in precantationibus·ſiue in caracteribus· vel in
quibuſcunq; rebus ſuſpendendis atq; ligandis. In quibus om/
nibus ars demonum eſt ex quadam peſtiferum ſocietate hoim
& angelorum malorũ exorta. Vnde cuncta vitanda ſunt a xpi/
ano· & omni penitus execratione repudianda atq; damnanda.
¶ Augurium autem auium friges primum inuenerũt. Tribus
autem modis omne augurium conſtat· videlicet volatu· geſtu·
cantu. Cum enim ante hominem auis recta ſemita ſine ſonitu
volare videtur·proſperitatis pro certo iter erit. Si autem bis vel
ter in obliquo ante hominis conſpectum volatum fecerit· inde
proſperitas praedicat·ſi ſine garrulitate hoc factũ fuerit. Cũ aũt
hominis latus dextrum tranſierit·ſi ſine ſonitu fuerit·proſperũ
habetur. Si ſiniſtrum·ac non cum ſonitu vel cum ſono·inpro/
ſperum iudicabitur. Retro ſi non cum ſono vel cum ſono vola/
tum fecerit·malum profecto opinabitur. Cum enim volauerit
ante domum vel hominem ingenti cum ſtrepitu·ſiniſtrum iu/
dicabitur. Si vero ante hominem in via plane ſteterit· ac hilarẽ
eunti per viam ſe exhibuerit·proſperitatis ſignum erit. Verũ ſi
cum roſtro pennas euellerit q; ſanguis a carne exierit· ſiniſtrũ
omnibus modis iudicabitur. Cum enĩ auis in obliquo domus
tecto ſteterit·vel in arbore· ſi roſtro lignum in quo ſederit per/
cuſſerit·& contra orientem inclinauerit· mali euentus ſignum
erit. Si vero itidem in occidente fecerit·perniciei iudicabitur. Si
in domum ſine ſonitu intrauerit·ac exierit· dextri euẽtus ſignũ
erit. Verũ ſi in domus ſummitate ſederit·ac multũ clamauerit·
iſtic hoſpites aduenire ſignificat. Mane ſi multũ ſecus domum
vociferauerit·noui aliquid venire iudicabitur. In ſero ſi itidem fe
cerit·in modico tẽpore atteretur. In meridie ſi multũ clamauerit

dominus domus dicitur aduenire. Sursum si volauerit· ac cla
mando fortiter ad terram cum impetu venerit·perniciei dicitur
adesse. Cum circa quatuor partes domus clamando ierit·inimi/
cos domui paratos nocere omnino designat. Quae si altitudinē
petierit·& supra domus tectum morata paulatim fuerit·dextri
signum annunciabitur. Si in porta steterit· & contra illos qui
in domo sunt frequenter clamauerit·aliquorum perniciem de/
monstrat. Si ante ostium frequenter venerit· multumq; voc fe/
rauerit·quorundam mortem indicat. Si in curia steterit·nihilq;
clamauerit ad nichilum spectat. Si in exitu domus aliquis ob/
uiauerit·sinistrum pro certo iter erit·& ab itinere diuertendum.
Si in cetu volauerit· sonitúq; magnum fecerit· futurū prelium
fore annunciabitur. Si ab altitudine aeris cum impetu ad terrā
venerit·& diu ita morata fuerit·sinistrum euentus erit. Si paleā
a domo traxerit· & huc illucq; disparserit bōa domus destruere
indicat. Tantum vero si paleam distraxerit· sinistri signum an/
notabitur. In ostio domus si sederit·& frequenter vociferauerit·
hospitum signū erit. Si infra ostium domus venerit·amici ad/
uentus oppinabitur. Si sepe ad domum venerit·amicorum fre/
quentia erit. Tarde si venerit·amicorum cessabit frequentia. Si
pedes lacerauerit· sinistri signum manifestabitur. Si pēnas sibi
extraxerit·sinistrum omnino designabitur. Si inter se boellum
ingerunt·ac multum vociferando dilacerauerint· boellum ven/
turum denunciant. Cum autem auis in cātu se delectata fuerit·
dextri signum manifestabitur ¶ Prestigiū vero mercurius pri/
mus dicitur inuenisse. Dictum autem prestigium q; prestrin/
gat aciem oculorum. ¶ Auruspicine arte primus ex tuscis tra/
didisse dicitur quidam stages. Hic ex horis auruspicinam dicta
uit· & postea nō apparuit. Nam dicitur fabulose arante quodā
rustico subito hunc ex glebis exiluisse·& auruspicinam dictasse
qua die & mortuus est· quos libros romani ex tusca lingua in
propriam mutauerunt

¶ De. Paganis ¶ Ca·x

Pagani ex pagis athenienſium dicti· vbi exorti sunt.
Ibi enim in locis agrestibus & pagis gentiles lucos
idolaq; statuerunt·et a tali initio vocabulum pagani
sortiti sunt ¶ Gentiles sunt qui sine lege sunt·& nondum credi/
derunt. Dicti autem gentiles·quia ita sunt ut fuerunt geniti·id
est sicut in carne descenderūt sub peccato·scilicet idolis seruiētes·

& necdum regenerati. Proinde gentiles primitus nuncupantur Ipsi dicuntur graeci ethnici ¶ Ethnici enim ex graeco in latinũ interpretantur gentiles·ethnos enim grece gens dicitur. Post fidem autem non debent vocari gentes siue gentiles· hi qui ex gẽtibus credunt·sicut post fidem dici iã non potest iudeus·testante paulo apostolo & dicente iam xpianis. Quoniam cũ gentes essetis hoc est infideles. ¶ Apostate dicũtur qui post baptismũ xpi susceptum ad idolorum cultum & sacrificiorum contaminationes reuertuntur. Est autem nomen graecum

¶ De. Diis gentium ¶ Ca·xi

Vos autem pagani deos asserũt·homines olim fuisse produntur· & pro vniuscuiusq; vita vel meritis coli apud suos post mortem ceperunt· ut apud egiptum isis·apud cretam iouis·apud mauros iuba·apud latinos faunus· apud romanos quirinus. Eodem quoq; modo apud athenas minerua·apud samum iuno·apud paphos venus·apud leminos vulcanus·apud naxos liber·apud delos appollo. In quorũ &iã laudibus accesserun poete·& compositis carminibus in celum eos sustulerunt. Nam quorundam adinuentiones artiũ cultum peperisse dicuntur· ut esculapio medicina· vulcano fabrica. Ab actibus autem vocãtur·ut mercurius q; mercibus preest. Liber a libertate. Fuerunt &iam et quidam viri fortes·aut vrbium cõditores·quibus mortuis·homines qui eos dilexerunt·simulacra finxerunt· ut haberent aliquod ex imaginum contemplatione solatium·sed paulatim hunc erroré persuadentibus demonibus ita in posteris constat irrepsisse·ut quos illi pro sola nomis memoria honorauerunt·successores deos existimarent atq; colerẽt ¶ Simulachrorum vsus exortus est·cum ex desiderio mortuorum constituerentur imagines vel effigies· tanq̃m in caelum receptis·pro quibus se in terris demones colendi suppofuerunt·et sibi sacrificare a deceptis & perditis suaserunt ¶ Simulachra autẽ a similitudine nũcupata·eo q; manu artificis ex lapide aliaue materia eorum vultus imitantur·in quorum honores fingunt Ergo simulachra vel ,p eo q; sunt similia·vel pro eo q; simulata atq; confecta vnde & facta sunt vel falsa. Et notandum q; latinus sermo sit & nõ hebreus. Apud eos enim idolum siue simulachrum seniel dicitur. Iudei dicunt q; ismahel primus simulacrum luto fecerit. Gentiles autem primũ prometheũ simulacra

hominum de luto finxisse perhibent· ab ea natam esse artem si/
mulachrorum· & statuas fingendi. Vnde & poete ab eo homines
primum factos esse confingunt figurate propter effigies. Apud
graecos autem cecrops·sub quo primum in area oliua orta est·
& athenienſium vrbs ex minerue appellatione nomé sortita é.
Hic primus omnium iouem appellauit· simulacra reperit· aras
statuit·victias immolauit·nequaq̃m istiusmodi rebus in grecia
vnq̃m visis ¶ Idolatria idolorũ seruitus siue cultura interptatur
Nam latria graece latine seruitus dicitur·que quantum ad verã
religionem attinet non nisi vni & soli deo debetur. Hanc sicut
impia superbia siue hominum siue demonum sibi exhiberi vel
iubet vel cupit·ita pia humilitas vel hominum vel angelorum
sanctorum sibi oblatã recusat·et cui debetur ostendit ¶ Idolum
autem est simulachrum quod humana effigie factum & conse
cratum est iuxta vocabuli interpretationem·idos enim grece for
mam sonat· & ab eo per diminutionẽ idolum deductum· eque
apud nos formulam facit. Igitur omis forma vel formula ido/
lum se dici exposcit. Inde idolatria omnis circa·omne idolum·
famulatus & seruitus. Quidam vero latini ignorantes·grece im
perite dicunt idolum ex dolo sumpsisse nomen· qua diabolus
creature cultum diuini nominis inuexit. ¶ Demonas a graecis
dictos aiunt·quasi dempnas·id est peritos· vel rerum prescios·
presciũt enim futura multa. Vnde et solent responsa aliqua dare
Inest enim illis cognitio rerũ plusq̃m infirmitati humane par/
tim subtilioris sensus acumine· partim experientia longissime
vitae·partim per dei iussum angelica reuelatione. Hi corporum
aeriorum natura vigent. Ante transgressionem quidem celestia
corpora gerebant·lapsi vero in aeriam qualitatem conuers. sunt
nec aeris illius puriora spacia· sed ista caliginosa teneri permissi
sunt·qui eis quasi carcer est vsq; ad tempus iudicii. Hi sunt pre/
uaricatores angeli·quorum princeps diabolus est ¶ Diabolus
hebraice dicitur deorsum fluens·quia quietus in caeli culmine
stare contempsit·sed superbie pondere deorsum corruens cecidit
Graece vero diabolus criminator vocat· vel q; crimina in que
ipe illicit·ad deum referat·vel quia electorum innocentiam cri/
minibus accuset fictis. Vnde & in apocalipsi voce angelica dicr
tur. Proiectus est accusator fratrum nostrorum qui accusabat
illos ĩ conspectu dei nostri die ac nocte. ¶ Sathanas in latinũ

ſonat aduerſarius ſiue tranſgreſſor. Ipſe eſt enim aduerſarius q
eſt veritatis inimicus· & ſemper ſanctorum virtutibus cōtraire
nititur. Ipſe & tranſgreſſor· quia preuaricator effectus in verita/
te qua conditus non ſtetit. Idem & temptator· quia temptandā
iuſtorum innocentiā poſtulat· ſicut in iob ſcribitur ¶ Antixps
appellatur· quia contra xpm veturus eſt· non quomō quidam
ſimplices intelligunt antixpm ideo dictum· q ante xpm ventu
rus ſit· id eſt poſt eum veniat xps· non ſic. Sed antixps graece
dicitur· quod eſt latine contrarius xpo. Anti enim grece in lati/
num contra ſignificat· xpm enim ſe mentietur dum venerit· &
contra eum dimicabit· & aduerſabitur ſacramentis xpi· ut veri/
tatis eius euangeliū ſoluat. Nam & templum hieroſolimis re/
parare· & omnes veteris legis cerimonias reſtaurare temptabit.
Sed & ille antixps eſt qui negat eſſe dominum xpm· cōtrarius
eſt enim· omnes enim qui exeunt de eccleſia· & ab vnitate fidei
preciduntur· & ipi antixpi ſunt. ¶ Bel idolum babilonium eſt
que interpretatur vetus· fuit enim hic belus pater nini primus
rex aſſiriorum· quem quidam ſaturnū appellant· quod nomen
& apud aſſirios & apud afros poſtea cultū eſt. Vnde et lingua
punica bal deus dicitur. Apud aſſirios autem bel vocatur qua/
dam ſacrorum ſuorum ratione et ſaturnus & ſol ¶ Beelphegor
interpretatur ſimulachrum ignominie· idolum enim fuit moab
cognomento baal ſuper montem phogor· quem latini priapū
vocant deum hortorū· fuit enim de lapſaco ciuitate belleſponti
de qua pulſus eſt· & propter virilis membri magnitudinem in
numero deorū ſuorum eū graeci tranſtulerunt· & in nomine ſa
crauerunt hortorū. Vnde dicitur preeſſe hortis propter eorū fe/
cunditatem ¶ Beelzebub idolum fuit accaron· quod interptatur
vir muſcarū. Zebub autē muſca vocatur. Spurciſſimum igitur
idolum· ideo vir muſcarū vocatur propter ſordes idolatrie· ſiue
propter immundiciā ¶ Belial ſine iugo. Belial hebraice bel dicit
idolum nimiuitatis ¶ Behemoth ex hebrea voce in latinā linguā
animal ſonat· propter q de excelſis ad terrā cecidit· & p merito
ſuo ut animal brutū effectus ſit. Ipſe eſt & leuiathan id eſt ſer/
pens de aquis· quia in huius ſeculi mari volubili verſat aſtucia·
¶ Leuiathan aut interpretatur additamentū eorū quos ſcilicet
niſi hominū· quibus in paradiſo ſemel per culpā preuaritionis
intulit mortē· & hāc vſq ad eternā mortē quotidie pſuadendo

adducit vel extendit. Quedam autem nomina deorum suorum gentiles per varias fabulas ad ratiões phisicas conant̃ traducere. eaq; in causis elementorum composita esse interpretantur. Sed hoc a poetis totum fictum est. ut deos suos ornarent aliq bus figuris. quos perditos ac dedecoris infamia plenos fuisse histo/rie confitentur. Omnino enim fingendi locus vacat vbi veritas cessat. ¶ Saturnus origo deorum tocius posteritatis a paganis designatur. Hunc latini a satu appellatum ferunt. quasi ad ipm satio omnium pertineat rerum. Vel a temporis longitudine. q̃ saturetur annis. Vnde & eum graeci cronos nomen habere di/cunt. id est tempus. q̃ filios suos fertur deuorasse. hoc est ãnos quos tempus produxerit in se reuoluit. Vel q̃ eo semina vnde oriuntur iterum redeunt. Hunc celi patris abscidisse genitalia di cunt. quia nichil in celo de seminibus nascitur. Falcem tenet in/quiunt. propter agriculturam significandam. Vel propter tem/pora & annos. q̃ in se redeant. Vel propter sapientiam q̃ intus acuta sit. In aliquibus autem ciuitatibus saturno liberos suos gẽ tiles immolabant. q̃ saturnum poete liberos suos deuorasse so/litum tradiderunt. ¶ Iouis fertur a iuuando dictus. Et iupiter quasi iuuans pater. hoc est omnibus prestans. Hunc et priuato titulo iouem optimum dixerunt. dum fuisset incestus in suis. impudicus in extraneis. Quem modo thaurum fingũt propter europe raptum. Fuit enim in naui cuius insigne erat thaurus. Modo danaes propter imbrem aureum appetisse concubitum. vbi intelligitur pudiciciam muliens ab auro fuisse corruptam. Modo in similitudinem aquile fuisse. ꝓpter q̃ puerum ad stu/prum rapuerit. Modo serpẽtem quia reptauerit. Et cignum. q̃a cantauerit. Et ideo non figure iste sunt. sed plane de veritate sce/lera. Vnde turpe erat tales deos credi. quales homines esse nõ de beant ¶ Ianum dicũt quasi mundi vel caeli vel mensium ianu/am. Duas iani facies faciunt. propter orientem & occidentem. Cum vero faciunt eum quadrifrontem. & ianum geminũ ap/pellant. ad quatuor munpi partes hoc referunt. Vel ad qua/tuor elementa siue tempora. Sed dum hoc fingunt monstrum non deũ faciunt ¶ Neptunũ aquas mundi predicant. & dictus ab eis neptunus. quasi nube tonans ¶ Vulcanum volunt ignẽ esse. & dictus vulcanus quasi volans cãdor. Vel quasi volicanq̃ per aerẽ volet. Ignis enĩ e nubibus nascit̃. Vnde & homerus

dicit·eum precipitatum de aere in terras· q; omne fulmẽ de aere
cadit. Idcirco autem vulcanus de femore iunonis fingit̃ natus·
q; fulmina de imo aere nascuntur. Claudus autem dicitur vul/
canus·quia per natura nunq̃m rectus est ignis· sed quasi clau/
dus eiusmodi speciem motumq; habet. Ideo autem in fabrorũ
fornace eundem auctorẽ dicunt· quia sine igne nullum metalli
genus fundi extendiq; potest. Pluton grece latine diespiter·vel
dis pater·quem alii orcum vocant· quasi receptorem mortium.
Vnde & orca nuncupatur vas quod recipit aquas. Ipse & grece
caron. Liberum a liberamento appellatum volunt· q; quasi
mares in coeundo per eius beneficium emissis seminibus liberẽ
tur. Q; idem liber muliebri et delicato corpore pingitur·dicunt
enim mulieres ei attributas & vinum· propter excitandam libi/
dinem. Vnde & frons eius pampino cingitur. Sed ideo coronã
viteam & cornu habet·quia cum grate & moderate vinum bi/
bitur·leticiam prestat·cũ vltra modum excitat lites· id est quasi
cornua dat. Idem autem et lieus a potulien·q; multo vino mem
bra soluantur. Vte & graece dionisius a monte indie niso·vbi di/
citur esse nutritus. Ceterum est et nisa ciuitas in qua colit̃ idem
liber. Vnde niseus dictus est. Mercurius sermonem interpre/
tatur. Nam ideo mercurius quasi medius currens dicitur·appel
latus q; sermo currat inter homies medius. Ideo & hermes gre
ce·q; sermo vel interpretatio que ad sermonem vtiq; pertinet er
menia dicitur. Ideo & mercibus preesse·quia inter vendentes &
ementes sermo sit medius. Qui ideo fingitur habere pennas·qa
citius verba discurrũt. Vnde & velox & erraneus inducit̃·alas
eius in capite & in pedibus significare volucrẽ fieri per aera ser/
monem. Nuncium dictum· quoniam per sermonem omnia
cogitata enunciantur. Ideo autem hunc furti magistrum dicũt·
quia sermo animos audientium fallit. Virgam tenet qua serpẽ/
tes diuidit·id est venena. Nam bellantes ac dissidentes interpre/
tum oratione sedantur. Vnde & secundum liuium legati pacis
caduceatores dicũtur. Sicut enim per fetiales boella indicebant̃·
ita pax per caduceatores fiebat. Ermes autem grece dicitur a po
tesermenas·latine interpres· qui ob virtutem multarũ artiũ sci/
entiã termegistus· id est ter maximus noiatus est. Cur autẽ eũ
capite canino fingunt·haec ratio dicitur·q; inter oia animalia ca
nis sagacissimũ genus & perspicax habeatur. Martem deum

boelli esse dicunt· & martem appellatũ· quia per viros pugnat̃· cum sit mars mas· licet & tria sint genera consuetudinum· sicut scitarum· vbi & viri & femine in pugnam eunt. Amazonũ· vbi sole femine. Romanorum aliarumq; gentium· vbi soli mares. Itẽ martem dicunt quasi effectorem mortium. Nam a marte mors nuncupatur. Vnde & adulterum dicunt· quia boelligerantibus incertus est. Q̃p vero nudo pectore stat· ut boello se quisq; sine formidine cordis obiiciat. Mars autem apud graecos gradiuus dicitur· eo q̃p in boello gradum inferant qui pugnant· aut q̃ im pigre gradiantur ¶ Appollinem q̃muis diuinatorem & medi/ cũ vellent· ip̃m tamen solem & iam dixerunt· quasi solum. Ip̃m titan· quasi vnum ex titanis· quia boellum aduersum iouem nõ fecit. Ip̃m phebum quasi ephebum· hoc est adolescẽtem. Vnde & sol puer pingitur· eo q̃p quotidie oriatur· et noua luce nascat̃. Pithium quoq; eundem appollinem vocari aiunt a phitone im mense molis serpẽte· cuius non magis venena q̃m magnitudo terrebat· hunc appollo sagittarum ictibus sternens· nois quoq; spolia reportauit· ut pithius vocaret̃. Vnde & ob insigne victo/ rie pithia sacra celebrãda constituit. ¶ Dianam quoq; sororem eius similiter lunam & viarum presidem aiũt. Vnde & virginẽ volunt· quia via nichil pariat· & ideo ambo sagittas habere fin/ guntur· q̃p ip̃a duo sidera de caelo radios vsq; ad terras emittũt. Dianam autem vocatã quasi duanam· q̃p luna die ac nocte ap/ pareat. Ipsam & lucinam asseuerant· eo q̃p luceat. Eandem & tri uiam· q̃p tribus fingatur figuris· de qua virgilius. Tria virginis ora diane. Et eadem proserpina vocatur. Sed cum luna fingit̃· sublustri splendet amictu. Cum succincta iacit calamos latonia virgo est. Cum subnixa sedet solio plutonia coniunx. Latonia autem diana· eo q̃p latonis fuerit filia ¶ Cererem id est terram a creandis frugibus asserũt dictam· appellantes eam nominibus plurimis. Dicũt & iam eam & opem· q̃p opere melior fiat terra· ¶ Proserpinam q̃p ex ea proserpant fruges ¶ Vestam q̃p herbis vel variis vestita sit rebus. Vel a vi sua stando ¶ Eandem & tel lurem & matrem magnam fingunt turritam· cum timpano et gallo & strepitu cimbalorum. Matrem vocatam q̃p plurima pa riat. Magnam q̃p cibum gignat. Almam· quia vniuersa anima/ lia fructibus suis alit. Est enim alimentorum nutrix terra. Q̃p simulachrum eius cum claui fingitur· quia tellus hieme claudit̃

vere apperitur·ut fruges nascant̃. Q̃ timpanũ habet significare volunt orbem terrae. Q̃ curru vehi dicitur· quia ip̃a est terra q̃ pendet in aere. Q̃ sustinetur rotis·quia mundus rotatur & volubilis est. Q̃ leones illi subiiciunt mansuetos·ut ostẽdant nullum genus esse terrae tam ferum·quod non subigi possit aut superari ab ea. Q̃ in capite turritam gestat coronam·ostendit suppositas terre ciuitates· quasi insignitas turribus ꝯstare. Q̃ sedes fingũtur circa eã· quia cum omnia moueantur· ip̃am non moueri. Q̃ coribantes eius ministri cum strictis gladiis esse fingũtur·ut significetur omnes ꝓ terra sua debere pugnare. Q̃ gallos huic dee ut seruirent fecerunt· significant qui semine indigeant terram sequi oportere in ea·quippe omĩa reperire quod se apud eam iactant. Precipitur inquiunt·ut qui terram colunt·ne sedeãt semper enim esse quod agant. Cimbalorũ autem aut ereoꝝ sonitus ferramentorum crepitus in colendis agris·& ideo ere·q̃ terram antiqui colebant ere·prius q̃m ferrum esset inuẽtum. Eandem vestam & ignem esse perhibent·quia terram ignẽ habere non est dubium·ut ex ethna vulcanoq; datur intelligi. Et ideo virginem putant·quia ignis inuiolabile sit elementum·nichilq; nasci posse ex eo·quippe q̃ omnia que arripuerit absumat. Ouidius in fastis. Nec tu aliud vestam q̃m viuã intellige flammã. Nataq; de flamma corpora nulla vides. Propterea & virgines ei seruire dicuntur·eo q̃ sicut ex virgine· ita nichil ex igne nascat̃.

¶ Iunonem dicunt quasi ianonem·id est ianuam pro purgationibus feminarum·eo q̃ quasi portas matrũ naturam pandat· & nubentium maritis. Sed hoc philosophi. Poete autẽ iunonẽ iouis asserunt sororem & coniugẽ. Ignem enĩ & aerẽ iouẽ·aquã & terrã iunonẽ interpretant̃· quorũ duorũ cõmixtiõe vniuersa gignuntur. Et sororẽ dicũt· q̃ mundi pars est. Coniugem q̃ cõmixta corda tundit. Vnde & virgilius. Tum pater omnipotens fecundis imbribus ether. Coniugis in gremi ũ descendit ¶ Minerua apud grecos athenas dicitur id est femina. Apud latinos autẽ mineruã vocatã· quasi deã & munus artiũ variarũ. Hanc enim inuentricẽ multorũ ingeniorũ perhibent·et inde eã artem & rationẽ interpretantur·quia sine ratione nichil potest cõtineri·que ratio quia ex solo animo nascitur· animũq; putãt esse in capite & in cerebro·ideo eã dicunt de capite iouis esse natã· quia sensus sapientis qui inuenit oĩa· in capite est. In cuius pectore

ideo caput gorgonis fingitur· q̃ illic est omnis prudentia· quae
confundit alios & imperitos ac saxeos comprobat· quod & in
antiquis imperatorum statuis cernimus in medio pectore lori
ce·propter insinuandam sapientiam & virtutem. Nec minerua
& tritonia dicitur·triton enim affrice palus est· circa quam ferũt
virginali apparuisse etate·propter quod tritonia nuncupata est·
Vnde & tanto procliuius dea credita est· quanto minus origo
eius innotuit. ¶ Pallas autem dicta vel ab insula pallene in tra/
cia·in qua nutrita est·vel a potu palleinco dori· id est ab hostis
incursione·ab haste concussione·vel q̃ pallantem gigantem oc/
ciderit ¶ Venerem exinde dicunt nuncupatam· q̃ sine vi femi/
na virgo esse non desinat. Hanc graeci afrodin vocant·propter
spumam sanguinis generantem. Afrodin enim grece spuma vo
catur. Q̃ autem fingũt saturnum celio patri genitalia abscidisse
& sanguinem fluxisse in mari·atq; eo spuma maris cõcreta ve/
nus nata est·illud aiunt quod per coitum salsi humoris substã/
tia est·& inde afrodin venerem dici·quo coitus spuma est sang
uinis·que ex suco viscerum liquido salsoq; constat. Ideo autem
venerem vulcani dicunt vxorem·quia venerium officium non
sine calore consistit. Vnde est. Frigidus in venerem senior. Nã
q̃ saturnus dicitur patri celio virilia amputasse que in mare ca/
dentia venerem creauerunt·ideo fingit·quia nisi humor de celo
in terram descenderit nichil creatur ¶ Cupidinem vocatũ ferũt
propter amorem·est enim demon fornicationis·qui ideo alatus
pingitur·quia nichil amantibus leuius·nichil mutabilius inue/
nitur. Puer pingitur·quia stultus et irrationabilis amor est. Sa
gittam & facem tenere fingitur·sagittam quia amor cor vulne/
rat. Facem·quia inflammat ¶ Pan dicunt graeci·latini siluanũ
deum rusticorum quem in nature similitudinem formauerũt.
Vnde & pan dictus est·id est omne. Fingũt enim eum ex vni/
uersali elementorum specie. Habet enim cornua in similitudinẽ
radiorũ solis & lune. Distinctam maculis habet pellem·ꝓpter
celi sidera. Rubet eius facies ad similitudinem etheris. Fistulam
septem calamorum gestat·propter caeli armoniam·in quo septẽ
sunt soni·& septem discrimina vocum. Villosus est· quia tellus
conuestita est & agitur ventis. Pars eius inferior feda est· ꝓpter
arbores & feras & pecudes. Caprinas vngulas habet·ut solidita
tem terre ostendat·quem volunt rerum & tocius nature deum

Vnde et pan quasi omnia dicunt ¶ Vsis lingua egiptiorũ terra appellatur·quã isin volunt esse. Fuit enim isis regina egiptiorũ inachi regis filia·quae de grecia veniens egiptios litteras docuit & terras colere instituit propter quod & terram eius nomie appellauerunt ¶ Serapis omnium maximus egiptiorũ deus·ipse est apis rex argiuorum· qui nauibus transuectus in aegiptũ cũ ibidem mortuus fuisset serapis appellatus est propterea·quia arca in qua mortuus ponitur· quam sarcophagum vocant· saros graece dicitur· & ibi eius venerari sepulcrũ ceperunt· priusq̃m templum eius esset instructũ·velut soros. Sed apis sorapis primo·deinde vna littera cõmutata serapis dictus est. ¶ Apis fuit aput egiptios thaurus serapi consecratus·& ab eo ita cognominatus· quem aegiptus instar numinis colebat· eo q̃ de futuris daret quedam manifesta signa. Apparebat enim in memphis quem centũ antistites prosequebantur·et repente velut limphatici precinebant. Huius capitis imaginẽ sibi in beremo iudei fecerunt ¶ Fauni a fando velut a potes fanes dicti·q̃ voce nõ signis ostendere futura viderentur· in lucis enim consulebantur a paganis·& responsa illis non signis sed vocibus dabant. ¶ Genium autẽ dicunt·q̃ quasi vim habeat omniũ rerũ gignendarũ· seu a gignendis liberis. Vnde & geniales lecti dicebantur a genibus qui nouo marito sternebantur. Haec et alia sunt gentiliũ fabulosa figmenta·quae interpretata sic habentur· ut ea non intellecta damnabiliter tamen adorent. ¶ Fatum autẽ dicunt esse quicquid dii fantur· vel quicquid iupiter fatur. A fando igitur fatum dicũt id est a loquendo. Q̃ nisi hoc nomẽ iã in alia re soleret intelligi quo corda hominũ nolumus inclinare·rationabiliter possemus a fando fatũ appellare. Nõ enim abnuere possumus esse scriptũ in litteris sanctis. Semel locutus est deus·duo haec audiui & cetera. Q̃ enim dictum est·semel locutus est· intelligitur immobiliter·hoc est·incõmutabiliter est locutus·sicut nouit incõmutabiliter omnia que futura sunt·& que ipe facturus est. ¶ Tria autem fata fingunt· in colo & fuso digitisq̃ fila ex lana torquentibus·propter tria tempora·preteritum quod in fuso iam netum atq̃ inuolutum est·presens quod inter digitos nentis traicitur· futurum in lana· que colo implicata est·quod adhuc per digitos nentis ad fusum tanq̃m presens ad preteritũ traiciendum est. ¶ Parcas dicunt cata antifrasin appellatas q̃

n1

minime parcant·quas tres esse voluerunt. Vna que vitam hois
ordiatur. Alteram que contexat. Terciam que rumpat. Incipi/
mus enim cum nascimur. Sumus cũ viuimus. Desinimus cũ
interimus. De quibus parcis dicitur hic versus. ¶Cloco colum
baiolat·lachesis trahit·atropos ocat ¶Fortunam a fortuitis no
men habere dicunt· quasi deam quandam res humanas variis
casibus & fortuitis illudentem. Vnde & cecam appellant· eo q̃
passim in quoslibet incurrens sine vllo examine meritorum &
ad bonos & ad malos venit. Fatum autem a fortuna separant·
& fortunam quasi sit in his que fortuitu veniunt·nulla palam
causa. Fatum vero appositum singulis & statutũ aiunt ¶Aiũt
& tres furias feminas crinitas serpentibus· propter tres effectus
quae in animis hominum multas perturbationes gignunt·&
interdum cogunt ita delinquere·ut nec fame·nec periculo sui·re/
spectum habere sui permittant. Ira que vindictam cupit. Cupi/
ditas quae desiderat opes. Libido quae appetit voluptates. Que
ideo furie appellantur·quia stimulis suis mentem feriant·& q̃tã
esse non sinant ¶Nimphas deas aquarum·putant dictas a nu/
bibus. Nam ex nubibus aque. Vnde et deriuatum est nimphas
aquarum deas quasi numina limpharum. ¶Ipsas autem dicũt
& musas quas & nimphas·nec immerito. Nam aquae motus
musicen efficit. Nimpharum apud gentiles varia sunt vocabula
Nimphas quippe montiũ. Oreades dicunt ¶Siluarũ. Driades
¶Fontium. Amadriades ¶Camporũ. Nereides ¶Maris. Na/
iades ¶Heroas dicuntur a iunone traxisse nomen. Grece enim
iuno hera appellatur. Et ideo nescio quis filius eius secundum
graecorum fabulam heros fuit nũcupatus. Hoc videlicet velut
misticũ significante fabula· q̃ aer iunoni deputetur·vbi volunt
heroas habitare· quo nomine appellant alicuius meriti animas
defunctorum·quasi heroas id est viros aerios· & caelo dignos·
propter sapientiam & fortitudinem ¶Penates gentiles dicebãt
omnes deos quos domi colebant. Et penates dicti·q̃ essent in
penetrabilibus id est in secretis. Hi dii quomodo vocabantur·
vel que noia habuerint ignorãt. ¶Manes dictos esse deos ferũt
mortuorum·quorũ potestatem inter lunam & terram asserũt.
A quibus & mane dictum existimant·quod eos putãt habere
qui manos id est rarus est. Manes dictos· siue quia late manãt
per auras· siue quia mites sunt in manibus·cõtrario nomie hoc

appellantur. Apuleius autem ait·eos cata antifrasin dici manes hoc est mites ac modestos· cum sint terribiles & immanes· ut parcas·ut eumenides. ¶ Laruas ex hominibus factos demones aiunt·qui meriti mali fuerint. Quarum natura esse dicit·terrere paruulos·& in angulis garrire tenebrosis ¶ Lamias quas fabu le tradunt infantes corripere ac laniare solitas a laniando specia/ liter dictas ¶ Pilosi qui graece panite·latine incubi appellantur· siue a vi ab ineundo passim cum animalibus. Vnde & incubi dicuntur ab incumbendo hoc est stuprãdo. Sepe enim im,pbi existunt &iam mulieribus·& earum peragũt concubitũ· quos demones galli dusias nuncupant· quia assidue hanc peragunt immundiciam. Quem autem vulgo incubonem vocant· hunc romani faunum ficarium dicũt·ad quem oratius dicit. Faune nimpharum fugientium amator. Per meos fines et aprica rura lenis incedas Finit liber ordine. Octauus

¶ INCIPIT · LIBER · NONVS DE·LINGVIS · GENTIVM

LINGVARVM·DIVERSITAS·EX ORTA · EST · IN · EDIFICATIO/ NE · TVRRIS · POST · DILVVIũ. Nam priusq̃m superbia turris illius in di uersos signoꝝ sonos humanã diuideret so cietatem·vna omniũ nationũ lingua fuit· quae hebrea vocatur·qua patriarche & prophete vsi sunt nõ so/ lum in sermonibus suis·verum &iam in litteris sacris ¶ Initio autem quot gentes tot lingue fuerunt. Deinde plures gẽtes q̃m lingue·quia ex vna lingua multe sunt gentes exorte. Lingue au tem dicte in hoc loco pro verbis quae per linguam fiũt· genere locutionis illo·quo is qui efficit per id quod efficitur nominat̃ sicut os dici solet pro verbis·sicut manus pro litteris ¶ Tres au/ tem lingue sunt sacre·hebrea·graeca·latina·quae toto orbe maxi me excellunt. His enim linguis tribus super crucem domini a pilato fuit causã eius scripta. Vnde propter auctoritatem vel ob scuritatem sanctarum scripturarum· harum trium linguarum cognitio necessaria est· ut ad alteram recurratur·dum siquã du/ bitationem nominis vel interpretationis sermo vnius linguae